

## COLECCIÓN DIPLOMATICA DE SEPULVEDA

### - 1192, AGOSTO, 13 ALCUBILLA

Alfonso VIII confirma al monasterio de Santo Tome del Puerto las heredades adquiridas en Sepúlveda y en otros lugares.

Quoniam pium est et illis precipue convenit quipus potestas in mundanis celitos est concessa religiosos ab iniquorum enormitate defendere, presertim eos qui Inter. Impios conversantes assiduis nequam Ictibus impelluntur et solius divina sufragio visitationis expectant. Idcirco ego Aldefonsus, Dei gratia rex Castellae et Toleti, una cum uxore mea Alienor regina et cum filio Ferrando, divino intuitu, pro animabus parentum meorum et salute propria, concedo et confirmo domui et ecclesie Sancti Thomae, que est in portu de Fozarach, et vobis Ihoanni, eiusdem instituti abbati, vestrisque successoribus et omnibus canonicis sub regula beati Agustini ibidem degentibus, presentibus et futuris, omnes hereditates vestras et posessiones, quasquaque in termino Semtempublica emptione seu oblatione fidelum hactenus adquisistis, quas propriis duximus exprimendas vocabulis. In primis omnes hereditates quas prope monasterium habetis in circuitu et quam in Las Radas emistis ; et domos quas habetis in Semtempublica ; necnon et hereditate quam habetis in Verzemol ; et hereditatem qui nomen imposuistis Nonvospel, iuxta Aldea Novam ; et hereditatem quam habetis in aldea que dicitur Maria Felizes ; et illam quam habetis in Bocegillas ; et illam quam habetis in Aldea de Turre ; et illam quam habetis in Aldea de Cerelo de Suso ; et quam habetis in **valle de Simeon** ; et quam habetis in Negerola ; et quam habetis in Moliniela, iure hereditario, in perpetuum habendas et irrevocabiliter possidendas, cum vineis, hortis, aquis, rivis, moliendis, memoribus, pratis, pascuis et defesis, et cum omnibus directuris, terminis et pertinetiis suis, ad predictas hereditatis pertinentibus. Decernimus igitur ut nulli subiectorum nostrorum liceat omnino vos vel contra huius nostre institutionis edictum eam sibi usurpare. Si quis vero hanc cartam infringere seu in aliquo diminuere presumpserit, iram Dei omnipotentes plenarie incurrit et cum Iuda, Domini proditore, infernalibus subiaceat penis, et insuper regie parti M aureos in coto persolvat, et dampnum quod vobis intulerit dupplicatum restituat.

Facta carta in Alcobilla, era MCCXXX, idus augusti.

Et ego rex A., regnans in Castella y Toleto, hanc cartam, quam fieri iussi, manu propria roboro et confirmo.

(Signo) SIGNUM ALDEFONIS REGIS CASTELLE.

Rodericus Guterrii, maiordomus cirie regis, conf. – Didacus Lupi de Faro, alferiz regis, conf.

Martines, Toletane ecclesie archiepiscopus et Hispaniorum primas, conf.

(1<sup>a</sup> col.) Martinus, Oxomensis episcopus, conf. – Marinus, Burgenisepiscopus, conf – Ardericus, Palentinus episcopus, conf. – Martinus, Segontinus episcopus, conf. – Garsias, Calagurritanus episcopus, conf. – Iohannes, Conchensis episcopus, conf. – Iohannes, Abulesis episcopus, conf.- Briccius, Placentinus episcopus, conf. – Comes Petrus conf.

(2<sup>a</sup> col.) Petrus Ferrandi conf. – Gonzalus Gomez, conf. – Ordonius Garsie conf. – Rodericus Sancii conf. - Petrus Roderici conf. – Petrus Garsie de Agoncello conf. – Guillelmus Gonzalvez conf. – Aldefonsus Telli conf. – Lopus Diaz, maiorinus regis in Castella, conf.

[Magister] Mica, domini regis notarius, Gueterrio Roderici existente cancellario, scripsit.